recessu suprascripto, quoad respondendum spectat 1717
mediante, semper in primo Citationis Termino tan-
quam peremptorio, stare, Juri parere, respondere Va-
dium vel Vadia praestita luere, Inscriptioni huic
satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tene-
bitur, seq ac suos Successores et Bonorum eorundem
Haeredes et Possessores pro tempore existentes, ad eaq
omnia inscribit et obligat praesen, illum Terminum pri-
mum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes
Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera in-
firmitate, pro maiori, minorennitate Successorum, lega-
tione intra vel extra Regnum, servitio militari ad
munimenta, ad Exercitum vel aliis quibusvis Dilla-
tionibus et Legalibus impedimentis non differendo, ad
quietationem praeterea ultra proximas Officiorum prae-
fatorum Castren Capitan Praemislien, sive etiam
Castren Capitan Bełzen Terminas Dillationem si-
bi non recipiendo, nullasq Motiones, Appellationes, acea-
rum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia Pdnis sim-
plicibus vel triplicatis Evasionibus, suspensionibus, fa-
taliis Juris praescriptione Terrestri, bello, Conventione
neq ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non
subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac
sua praesenti personali Recognitione ad prae-
missa omnia et singula mediante.

Idem Modrzeiowski & RR Pres Carmelitt Discalceatt Contus Praemyslien Roborant. 739

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesen
Castrensibus Capitanealibus Praemyslien Gnosus

XXII

Andreas Modrzeiowski Pocillator Syradien. Capita-
neus Mediceń ab vna et Religiosus in Christo Pater
Frater Bruno a Sancto Francisco Carmelitarum Dis-
calceatorum Conventus Praemysliens. Prior, partibus ab
altera, sanimentibus et corporibus existentes a Terris
Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusuis pro-
prijs et competentibus recedendo, praesenti vero Castrens.
Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quoad Actus
hunc attinet, se cum Successoribus, Bonisq suis gene-
raliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq
subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recog-
nouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse re-
cognouit Quia ipsi et quidem supraescriptus Religi-
osus in Christo Pater Frater Bruno a Sancto Francisco
Carmelitarum Discalceatorum Conventus Praemysliens.
Prior, suo et spdicti Conventus sui, pro cuius ratihabi-
tione cavet, seq praesent. inscribit nomine: sibi mutuo
et invicem, vna Pars alteri, ac Successoribus vtriusq
Partis, se ac suos Successores, in et super Bonis suis genera-
liter omnibus, Summisq pecuniariis quibusuis habitis et
habendis inscribunt et obligant praesentibus: Intercisam
certam inter se Recognoscentes, et praefatum Conventum
Praemysliens. Patrum Fratrum Carmelitarum Discalceatorum
ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa
contentarum de Actu et Data illius hic Praemysliae Die
vigesima Iunii Anno praesenti Millesimo Sexcentesimo Septu-
agesimo Primo confectam et conscriptam, manibus suis Re-
cognoscentium proprijs, et quidem supraescripti Religio-
si in Christo Patris Fratris Brunonis a Sancto Franci-
sco Patrum Fratrum Carmelitarum Discalceatorum Con-
ventus Praemysliens. Prioris, suo et spfati Conventus sui no-
mine, ab vtrinq subscriptam, in omnibus et singulis

eiusdem Intercisæ Conditionibus punctis, clausulis articulis Vadio, Ligamentis ac nexibus generaliter Vniversis 1715
firmiter tenere, complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et singulis eius contentis, tam in parte,
quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam præfatam ad Inscriptionem præsentem Roboratoriam
et Inscriptionem præsentem Roboratoriam, ad prædictam Intercisam Vicissim in toto referendo; Idq sub Vadio Quatuor
Millium Florenorum Polonicalium per Partem Partícum Successoribus Vtriusq Partis, ob non completionem contentorum Intercisæ præfatæ omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto,
toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad soluendum succubito, ac
pro re aliqua principali ex contentis Intercisæ præfatæ non completa complenda, Citata existens memorata Pars
vna, præmissa non tenens, siue eius Successores ad instantiam Partis alterius præmissa tenentis et complentis, vel illius
Successorum, ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premysliense, siue etiam Castrense Capitaneale Betzense,
ad quod prius ex ipsis Citabitur, extunc recessu supra scripto, quoad respondendum spectat mediante, semp
in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, stare Iuri parere, respondere, Vadium præfatum luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omno iudicatum pati debebit
et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate,
pro Maiori Minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum, seruitio militari, ad Munimenta ad Euictorem, vel aliis quibusuis Dilationibus et Legalibus,
impedimentis non differendo. ad quietationem præfatam

1416 Ultra proximas Officii praefati Castrensis Capitanealis Premysliensis sive etiam Castrensis Capitanealis Belzensis Terminos dilationes sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac poenas praemissa omnia Poenis simplicibus, vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus, fatalibus Juris, praescriptionibus Terrestri, bello Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Haec sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Kowalkowski Ostrowskiemu Donat.

Ex Copia Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus Stanislaus Alexander Kowalkowski, olim Generosi Jacobi Kowalkowski filius de Terra Dobrzynensi et Districtu Ripinensi

140 sanus mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quoad Actum hunc attinet, se cum successoribus, ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipso Bona sua propria et haereditaria infrascripta videlicet totas et integras Partes suas in Villa Kowalkowo, Terra Dobrzynensi Districtu vero Ripinensi iacens et consistens in se Recognoscentem post fata olim Parentis sui Jure Avito et naturali Successione devoluta, cum omni Bonorum eorundem seu Partium memoratarum Jure, Dominio, proprietate, haereditate titulo haereditario, cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem Utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, tum agris, pratis, campis, pascuis pascuariis, sylvis, borris, gaiis nemoribus

indaginibus